

Universitätsbibliothek Paderborn

EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||

Ignacio <de Loyola>

Mogvntiae, 1600

VD16 I 56

De primo miraculo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45165

mo reuertendi ad piscationem : Luc.
quinto. Ultimò , ad perpetuā sequē-
lam. Matth. quarto, & Marc. primo.

Secundò : vocauit filios Zebedæi
Matth. quarto : Et Philippum ; Ioan.
prim : Et Matthæum ; Matth. nono.

Tertiò : vocati sunt reliqui, licet
de quorundam vocatione , & de or-
dine vocationum , expresse mentio
non fiat in Euangelio.

Tria hic expendenda sunt. Pri-
mùm : quomodo erant Apostoli
abiectæ conditionis.

Secundò : ad quantam fuerint di-
gnitatem , & quam suauiter vocati.

Tertiò : quibus gratiæ donis, supra
omnes veteris testamenti patres, no-
uique Sanctos, euecti sint.

D E P R I M O C H R I S T I M I-
raculo facto in nuptiis. Ioan.
secundo.

Primò : Inuitatus fuit C H R I S T V S
cum discipulis suis ad nuptias.

Secun-

Secundò : deficere vinum Mater commonuit. (Vinum non habent) Et ministris dixit (Quodcunque dixerit vobis facite.

Tertiò : aquam in vinum Dominus conuertit (Et manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius.)

*DE FVGATIS ET TEMPLO
negotiatoribus prima vice, Ioan.
secundo.*

Primò : eiecit de templo vendentes illic, & ementes ; facto ex funiculis flagello.

Secundò (nummulariorum effudit æs & mensas subuertit.)

Tertiò : vendentibus columbas mansuete inquit : (auferre ista hinc & nolite facere domum Patris mei; domum negotiationis.)

DE